ferreat denique de eo tumptu erat Que si tibi
falsa obicio reddere racione quantum patrimonii
acceptis quid tibi litibus accreverit qua ex pecunia
domum paraveris tusculanum & pompeianum agrum
infinito sumptum edificaveris Aut si reticeas cui
potest dubium esse quin opulenciam istam ex sang
wine ac miseriis civium parasti

## Quartum capitulum

Verum ut oppinor novus arpinas ex M. crassi
familia virtutem eius imitatur contempnit simul
tatem hominum nobilium rem p. caram habet
neque terrore neque gracia removetur aliud vero
amicitie tantum ac virtus est animi ymo vero
homo levissimus supplex inimicis amicis contu
meliosus modo harum modo illarum partium fidus
nemini levissimus senator mercenarius patronus
cuius nulla pars corporis a turpitudine vacat lingwa
vana manus rapacissime gula immensa
pedes fugaces Que honesta nominari non possunt
inhonestissima

## Capitulum quintum

Atque is cum eiusmodi sit tamen audet dicere O for
tunatam natam me consule romam Te consule
fortunatam cicero ymo vero infelicem ac miseram
que crudelissimam proscripcionem perpessa est ~~cum~~
cum perturbata re p. metu perculsos omnes bonos
parere crudelitati tue cogebas cum omnia iudicia
omnes leges in tua libidine erant cum tu sublata

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_884/0415
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG